

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber IV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN IV. VALER.
FLACC. LIBR. ÆGI-
DII MASERII AR-
GUMENTUM.

Ætheris Herculeos rector miseratus amores
Increpat Uxorem. Curis : somnoq; se-
pultum

Alciden solatur Hylas : justisq; Deorum

Jupiter evictus precibus Titania solvi
Vincla jubet. Phrygii differt perjuriam Regis
Alcides. Sævo Bithynia rege tumescens
Remigio petitur. Nati percussus amore
Majores Neptune gemis succedere vires
Crudo Tyndarides dat leto Bebryca castu.
Harpyias juvenes pellunt. Oracula pandit
Fatidicus Phyneus. surgunt Symplegades; Argo
Evolat. Inde Lyci victrix ad littora tendit:

C. VALERII FLACCI
SETINI BALBI ARGO-
NAUTICON

LIBER IV.

ATQUE ea non oculis divum pater amplius
aquis

Sustinuit: natiq; pios miseratus amores,
Junonem ardenti trepidam gravis increpat ira:
Ut nova nunc tacito te pectore gaudia tollunt;
Heret inops, solisq; furit Tirynthius oris.

At comite inmemores Minya, facilesque relicto
 Alta tenent: sic Juno ducem fovet anxia curis
 Aesonium; sic arma, viros, sociosq; ministrat.
 Jam, quibus incertam bellis, Scythicæq; paventæ
 Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam. 10
 Tum precibus, tum me lacrimis, & supplice
 dextra

Attentare veto: rerum mihi firma potestas.
 I, Furias, Veneremq; move: dabit impia pœnas
 Virgo, nec Aeeta gemitus patiemur inultos.
 Dixit, & arcano redolentem nectare rorem, 15
 Quem penes altâ quies, liquidiq; potentia somni;
 Detulit: inque vagi libavit tempora nati.
 Ille graves oculos, & Hylan resonantia semper
 Ora ferens; ut nulla deum superare potestas;
 Procumbit: tandem fessis pax reddita sitis: 20
 Fluminaq; & vacuis audita montibus aura.
 Ecce puer summa se tollere visus ab unda,
 Frondibus in crotæis, & iniquæ munere Nymphas
 Stansq; super carum talis caput edere voces:
 Quid pater in vanos absumis tempora questus? 25
 Hoc nemus; hæc fatis mihi jam domus: improba
 quo me

Nympha rapit, seve monitu Junonis: inanes
 Nunc Jovis accessus; & jam mihi lumina cæli
 Conciliat: jungitq; suos & fontis honores.
 O dolor, ô dulces quas gessimus antè pharetra. 30
 Jam socij letis rapuerunt vincula ventis;
 Hortator postquam Furijs, & voce nefanda

*Impulit Oenides. verum cum gente domoque
Ista luet; seveq; aderunt tua numina matri.*

35 *Surge, age, & in duris haud umquam defices; caelo
Mox aderis; iteq; astra ferent: tu semper amoris
Sis memor, & cari comitis ne abscedat imago.
Talibus orantem dictis, visusq; fruentem,
Ille ultro petit; & vacuis amplexibus instat.*

40 *Languentisq; movet frustra conamima dextera.
Corpus hebet somno, refugaq; eluditur umbra.
Tum lacrimis, tu voce sequi; tu rumpere questus;
Cum sopor, & vano spes mœsta resolvitur actu.
Fluctus, ab undisoni cen forte crepidine saxi,*

45 *Cum rapit Alcyonis misera securumq; laremque;
It super egra parens: queriturq; tumentibus undis,
Certa sequi quocumq; ferant; audetq; pavetq;
Ictâ fatiscit aquis donec domus, haustaq; fluctu est:
Illa dolens vocem dedit, & se sustulit alis.*

50 *Haud aliter somni mœstus labor: exsilit amens,
Effususq; genas lacrimis rigat. Ibimus, inquit;
Solus & hos montes, desertaq; lustra tenebis
Care puer: nec res ultra mirabere nostras.
Hec satius, relegitq; vias; & vallibus exit,*

55 *Incertus quidâ Iuno ferat, quas apparet iras.
Nec minus & socios cernit procul equore ferri
Precipites: tacitumq; pudet potuisse relinqui.
Jamq; iter ad Teucros, atq; hospita mœniâ Trojæ
Flexerat; Iliaci repetens promissa Tyranni:*

60 *Cum mœsto Latona simul, Dianaq; vultu
Ante Iovem stetit: & supplex sic fatur Apollo:*

In quem aliū Alciden, in que jam tempora differs
 Caucasum rex magne senem? nullumne malorum
 Finem adeo, pœnæq; dabis? te cuncta precantur
 Gēs hominum; atq; ipsi jam te pater optime mōies, 65
 Fessaq; cum silvis orant juga. sat tibi furtum
 Ignis, & etherie defensa silentia mensæ.
 Exit ubi è scopulis, media inter pabula diri
 Vulturis, ipse etiam gemitu, mœstaq; fatigat.
 Voce Jovem, sevis releuans ambusta pruinis 70
 Lumina: congeminant amnes, rupesq; fragorem
 Caucasæ: stupet ipse dei clamoribus ales.
 Tunc etiam superas Acheronte auditur ad arces
 Iapetus gravis: orantem procul arcet Erinny,
 Respiciens celsi legem Iovis: ille dearum 75
 Fletibus, & magno Phœbi commotus honore,
 Velocem roseis demittit nubibus Irim:
 I, Phrygas Alcides, & Troja differat arma;
 Nunc, ait, eripiat dira Titana volucris.
 Diva volat; defertq; viro celeranda parentis 80
 Imperia; atq; alacrem latis hortatibus implet.
 Iam Minyæ medijs clara per sidera noctis
 Fluctibus intulerant placido cava lintea cursu;
 Multaq; deserto memores super Hercule volvunt.
 Thracius at summa socijs è puppe sacerdos, 85
 Fata deum, & misera solans incommoda vite,
 Securum numeris agit, & medicabile carmen:
 Quod simul assumpta pulsum fide; luctus, & ira,
 Et labor, & dulces cedunt è pectore nati.
 Interea magni jam jam subeuntibus astris 90

- Oceani genitale caput; Titania frenis
 Antra sonant: Sol auricomis ingentibus horis,
 Multifidum iubar, & bisseño sidere textam
 Loricam induitur: ligat hanc, qui nubila contra
 9) Balteus undantem variat mortalibus arcum.
 Inde super terras, & Eoi cornua montis
 Emicuit; straxitq; diem candentibus undis:
 Et Minyas viso liquerunt flamina Phæbo.
 Proxima Bebricij panduntur litora regni;
 100) Pingue solum, & duris regio non invida tauris:
 Rex Amycus: regis fati & numine freti
 Non muris cinxere domos; non fœdera legum.
 Vlla colunt; placidas aut jura tenentia mentes.
 Quales Aetneis rapidi Cyclopes in antris
 105) Nocte sub hiberna servant freta; sicubi sevis
 Advectet ratis acta notis, tibi pabula dira
 Et miseris Polypheme dapēs: sic undiq; in omnes
 Prospiciunt, cursantq; vias; qui corpora regi
 Capta trahant: ea Neptuno trux ipse parenti
 110) Sacrifici pro rupe iugi, media æquora supra,
 Torquet agens: sin forma viris præstantior assis
 Tum legere arma jubet, sumtisq; occurrere contra
 Cestibus. hac miseri fors est æquissima leti.
 Huc ubi devectam Neptunus gurgite puppem
 115) Sensit; & extremum nati prospexit in oras,
 Et quondam letos domini certamine campos:
 Ingemit, ac tales evoluit pectore questus:
 Infelix, imas quondam mihi rapta sub undas,
 Nec potius magno, Melie, tum mixta tonanti:

Usq; adeone meam quacumq; ob origine prolem 120

Tristia fata manent? sic te olim pergere sensi

Jupiter, injuste quando mihi virginis armis

Concidit infelix, & nunc chaos implet Orion.

Nec tibi nunc virtus, audet fiducia nostri,

Nate animos: opibusq; ultra ne crede paternis. 125

Jam jam alie vires, majoraq; sanguine nostro

Vincunt fata Jovis; potior cui cura suorum est.

Atq; ideo, neq; ego hanc motis avertere ventis

Tentavi, tenui ve ratem: nec jam mora morti

Hinc erit ulla tue; reges doluitre secundos. 130

Abstulit inde oculos; natumq; & tristia linquens

Prelia, sanguineo terras pater alluit aestu.

Principio fluvios, gentemque, & litora ductor

Explorare jubet: paullumq; egressus Echion,

Invenit obscura gemitus in valle irakentem. 135

Clam juvenem; & casi moerentem nomen amici.

Ille, virum ut contra venientem, umbratq; vidit

Tempora, Parrhasio patris de more galero;

Pacifereq; manu ne quicquam insignia virgæ;

Heu fuge, ait, certo quicumq; es, per dite passu, 140

Dum datur, obstupuit visu Nonacri proles,

Quid ferat ammirans, postquam remeare ma-

nentem.

Ocius, & dictis perstantem cernit in hisdem;

Abripit, & focus que sint ea promere cogit.

Ille manum tendens, Non hæc, ait, hospita vobis 145

Terra viri; non hic ullos reverentia ritus

Pectora: mors habitat, seveq; hoc litore pugna

Iam veniet diros Amycus qui tollere castus
Imperat: & vasto qui vertice nubila pulset.

150 Talis in aduectos Neptuni credita proles,
Aeternum furit: atq; eque virtutis egentes,
Ceu superum segnes ad iniqua altaria tauros
Constituit: tandem ut misero lauet arma cerebro.
Consulte, atq; fuga medium ne tenuite tempus:

155 Namq; isti frustra quisquam concurrere monstro
Audeat. & quenam talem vidisse voluptas?
Ductor ad hac: Bebryxne venis, diuersaq; regi
Corda gerens? melior vulgi nam saepe voluntas.
Hostis an externis fato delatus ab oris?

160 Et tua cur Amycus castu nondum obruit ora?
Nomen, ait, prae dulce mihi: nomenq; secutus
Otreos unanimi: decus ille, & leta suorum
Gloria, nec vestros comes aspernandus in actus;
Hesionam, & Phrygia peteret cum gaudia nupte;

165 Implicui: sed prima procul vix dum ora levantis
Fulminea frontem dextra, disiectaq; fudit
Luminas; me nunquam leto dignatus & armis:
Sed lacrimis potius, luctuq; absumor inertis.

170 Spes tamen, his fando sinuntius exstitit oris,
Et Mariandynum patrias penetravit ad urbes,
Vnde genus, fraterq; viro: sed & ille quiert,
Oro: nec à vanis cladem Lycus augeat armis.

Hac ubi nonnulla iuvenes formidine moti
175 Accipiunt: dolor & duras insurgere mentes,
Terga sequi, properosq; iubet coniungere gressus.

Litorè in extremo, spelunca apparuit ingens,
 Arboribus super, & dorso connecta minanti;
 Non que dona deùm, nõ que trahat. ætheris igne;
 Infelix domus, & sonitu tremebunda profundi; 180
 Et varij pro rupe metus: hinc trunca rotatis
 Brachia rapta viris; strictoq; immortua castu,
 Ossaq; tetra situs; capitum mœstissimus ordo;
 Respicias, quibus aduerso sub vulnere nulla
 Iam facies, nec nomen erat: media ipsius arma. 185
 Sacra metu, magnique aris imposta parentis.
 Hospitis hic primum monitus rediere Timantis;
 Et pavor, & monstri subijt absentis imago:
 Atque oculos cuncti inter se tenuere silentes.
 Donec sidereo Pollux interritus ore, 190
 Te tamen hac, quicumq; es, ait, formidine faxo
 Ita tua silva ferat; modo sint tibi sanguis, & artus.
 Omnibus idem animus forti decernere pugna;
 Exoptantq; virum, contraq; occurrere poscunt.
 Qualiter ignoris spumantem funditus amnem. 195
 Taurus aquis qui primus inuit, spernitq; tumentes
 Pandit iter: mox omne pecus formidine pulsa
 Ponè subit: jamq; & mediis procedit ab undis.
 At procul è silvis sese gregibusque ferebat.
 Sevus in antra gigas: quem non sua turba tuendo 200
 It taciti secura metus. mortalia nusquam
 Signa manent: instar scopuli, qui montibus altis
 Summus abit, longeq; iugo stat solus ab omni.
 Devolat inde furens; nec quo via, curve profecti;
 Nec genus antè rogat; sed tali progenat ira: 205

- Incipite, ô iuvenes; etenim fiducia credo
 Hac tulit; auditas & sponte lacessitis oras,
 Sin errore via; nec dum mens gnara locorum;
 Hic mihi lex; castus, adversaq; tollere contra
 210 Brachia; sic ingens Asia plaga; quiq; per Arcton
 Dexter, & in laevum pontus jacet; hac mea vis
 Hospitia; hoc cuncti remeant certamine reges.
 Neptuni domus, atque egomet Neptunia proles.
 Iam pridem castus resides, & frigida raris
 215 Dentibus aret humus. qui mecum foedera iunget;
 Prima manu cui dona fero; mox omnibus idem
 Ibit honos. fuga sub terras, fuga nulla per auras.
 Nec lacrima, nec forte preces, superi ve vocati
 Pectora nostra movent: alijs rex Iupiter oris.
 220 Faxo Bebricium nequeat transcendere puppis
 Villa fretum, & ponto volitet Symplegas inani.
 Talia dicta dabat: cum protinus asper Iason,
 Et simul Aeacida, simul & Calidonis alumni,
 Nelidesq; Idasq; prior; quae maxima surgunt
 225 Nomina, sed nudo steterat jam pectore Pollux;
 Cum pavor, & gelidus defixit Castora sanguis.
 Nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis,
 Nec sonat Oebalius cauea fauor, aut juga nota
 Taygeti; lauitur patrios ubi victor ad amnes:
 230 Nec pretium sonipes; aut sacrae taurus harenae
 Praemia; sed Manes, reclusaque janua leti.
 Illum Amycus, nec fronte truce, nec mole tremēdi,
 Vix dum etiam primae spargentem signa iuuenta,
 Ore residenti lustrans obit; & fremus ausum:

Sanguineosq; rotat Furij's ardentibus orbes. 235
 Non aliter jam regna poli, jam capta Tiphœus
 Astra ferens; Bacchū ante acies, primamq; deorū
 Palada, & oppositos doluit sibi virginis angues.
 Sic adeo insequitur, rabidoq; ita murmure terret:
 Quisquis es infelix celer a puer; haud tibi pulchra 240
 Manserit hoc ultra frontis decus: orave matri
 Nota ferens. tunc è sociis electus iniquis,
 Tunc Amyci moriere manu? nec plura moratus,
 Ingentes humeros, spatiosaq; pectoris ossa
 Protulit, horrendosque thoris informibus artus. 245
 Deficiunt visu Minya: miratur & ipse
 Tyndarides; redit Alcide jam sera cupido:
 Et vacuos mæsto lustrarunt lumine montes,
 At satius equoreo fatur tunc talia rege:
 Aspice & hæc crudis durata volumina tauris: 250
 Nec pete sortis opem; sed quos potes indue cestus.
 Dixit, & urgentis post sera piacula fati
 Nescius, extremum hoc; armis innectere palmas
 Dat famulis; dat & inde Lacō. odia aspera surgūt
 Ignotis prius; atque incensa mente feruntur 255
 In medium, sanguis Iovis, & Neptunia proles.
 Hinc illius dubijs intenta silentia votis.
 Et pater orantis cesorum Tartaris umbras,
 Nube cava tandem ad merita spectacula pugna
 Emittit: summi nigrescunt culmina montis. 260
 Continuo Bebryx; Maleæ velut arce fragosa
 Turbo rapax; vix ora virūm, vix tollere passus
 Brachia, torrenti præceps agit undique nimbo,

- Cursibus involvens: totaq; inmanis harena
 265 Insequitur. vigil ille metu, cum pectore & armis,
 Huc alternus, & huc, semper cervice reducta,
 Semper & in digitis, & summi puluere campi,
 Projectusq; redit. spumanti qualis in alto
 Pliade capta ratis, trepidi quam sola magistri
 270 Cura tenet, rapidum ventis certantibus equor
 Intemerata secat. Pollux sic prouidus ictus
 Servat, & Oebalia dubium caput erigit arte.
 Ut deinde urgentes effudit nubibus iras,
 Ardoremq; viri; paullatim insurgere ferro
 275 Incitat, & summos manibus deducere castus.
 Ille dies, egros Amyci sudoribus artus
 Primus, & arenti cunctantem vidit hiatu.
 Nec sua defessum noscunt loca, nes sua regem.
 Agmina: respirant ambo, paullumq; reponunt
 280 Brachia, ceu Lapithas, aut Paonas, equore in ipse
 Dum refovet, fixaq; silet Gradivus in hasta.
 Vix steterant, & jam ecce ruunt; inflitq; late
 Terga sonant: nova vis iteru, nova corpora surgunt
 Hunc pudor, hunc noto jam spes audentior hoste,
 285 Instimulat: fumant crebro precordia pulsus.
 Auia responsant gemitu iuga, pervigil ut cum.
 Artificum notat ipse manus, & fulmina Cyclops
 Prosubigit; pulsus strepitant incudibus urbes.
 Emicat hic, dextramq; parat, dextramq; minatur
 290 Tyndarides: redit huc oculis & pondere Bebryx
 Sic ratis ille autem celeri rapit ora sinistra.
 Conclamant socij, & subitas dant gaudia voces.

Illum insperata turbatum fraude, furentemque,
 Oebalides prima refugit dum detonei ira.
 Territus ipse etiam, atq; ingentis conscius ausi, 295
 Seviri inops Amycus, nullo discrimine sese
 Precipitans; avidusq; viri (respectat ovantes
 Quippe procul Minyas) caestu velatus utroq;
 Irruit: hos inter Pollux subit, & trucidis ultro
 Advolat ora viri: nec spes effeta; sed amba 300
 In pectus cecidere manus. hoc sevirior ille,
 Ecce iterum vacuas agit inconsulta per auras
 Brachia. sentit enim Pollux rationis egentem:
 Dat genibus iunctis latus, effusumq; securus,
 Haud revocare gradū patitur: turbatq; premitq; 305
 Ancipitem; crebros & liber congerit ictus
 Desuper aversa; sonat omni vulnere vertex
 Inclinis; ceditq; malis. jam tempora manant,
 Sanguineaq; latent aures: vitalia donec
 Vincula, qua primo cervix committitur artu, 310
 Solvit dextra gravis, labentem propulit Heros,
 Ac super insistens; Pollux ego missus Amyclis,
 Et Iove natus, ait; nomen mirantibus umbris
 Hoc referes; sic & memori noscère sepulchro.
 Bebricas ex exemplo spargit fuga: nullus ademi 315
 Regis amor: montem celeres, silvamq; capebant.
 Hæc fors, hæc Amycū tandem manus arguit ausis,
 Effer a servantem ponti loca; vimq; juventa
 Continuat, & magni sperantem tempora patris.
 Tenditur ille ingens hominum pavor: arvaq; late 320
 Occupat. annosi veluti si decidat olim.

- Pars Erycis, vel totus Arbor, qua mole jacentis
Ipse etiam expleri victor nequit; oraq; longo
Comminus obtutu mirans tenet. at manus omnia*
- 325 *Heroum densis certatim amplexibus urgent:
Armag; ferre iuvat, fessasq; attollere palmas.
Salve vera Iovis, vera ô Iovis undiq; proles,
Ingeminant: ô magna nimis memoranda palestri
Taygeta, & primi felix labor ille magistri.*
- 330 *Dumq; ca dicta ferunt; tennes tamen ire cruores
Siderea de fronte vident, nec sanguine Pollux
Territus, averso siccabat vulnera castu.
Illius excelsum ramis caput, armag; Castor
Implicat, & viridi connectit tempora lauro:*
- 335 *Respiciensq; ratem, patrijs, ait, has precor oris
Diva refer frondes, cumq; hac freta curre corona,
Dixerat. hinc valida cadunt armenta bipennis;
Perfusiq; sacro placati gurgitis amne
Graminea sternuntur humo; tunc liba dapesq;*
- 340 *Frondeb; accumulans: exsortia terga Laconi
Precipiunt pecudum: toto mox tempore mense
Latus ovat; nunc laude virum, nunc vatis honore
Carmine, victori geminans cratera parenti.
Iamq; dies, aureq; vocant: rursusq; capessunt*
- 345 *Aequora, qua rigidos eructat Bosphorus amnes.
Illos, Nile, tuos nondum dea gentibus Io
Transferat fluctus; unde hæc data nomina ponto.
Tum pius Oeagri claro de sanguine vates,
Ammonita genitrice, refert casusq; locorum,*
- 350 *Inachidosq; vias, pelagusq; emensa juventa*

Exilia; intentisq; canit: Videre priores
 Sæpe Jovem, terras, Argivæq; regna Pelasgum
 Virginis Iasie blandos descendere ad ignes.
 Sentit Iuno dolos: curaq; accensa iugali
 Aethere desiluit: dominam Lyrceia tellus, 355
 Antraq; deprensæ tremuerunt conscia culpa.
 Cum trepada Inachie pelex subit ora iuvenæ,
 Sponte dei: plausu fovet hanc, & pectora mulcet
 Juno, renidenti cobibens suspiria vultu. (gis
 Mox ita adorta Jovem: Da, quæ modo diibus Ar- 360
 Campus alit, primæ referentem cornua Phœbes,
 Indomitamq; bovem: da cara munera nuptæ.
 Ipsa ego, dilectæ pecudi jam pascua digna,
 Precipuosq; legam fontes. qua fraude negaret,
 Aut quos inuentos timuisset Iupiter æstus? 365
 Muneris illa potens, custodem protinus Argum
 Adiungit: custos Argus placet; inscia somni
 Lumina non aliter toto cui vertice; quam si
 Lyda nurus sparsa telas maculaverit ostro.
 Argus, & in scopulos, & monstris horrida lustra, 370
 Ignotas jubet ire vias; heu multa morantem,
 Conantemq; preces, inclusaq; pectore verba.
 Ultima tum patriæ cedens dedit oscula ripæ.
 Fleuit Amymone, sternerunt Messenides undæ,
 Flevit & effusis reuocans Hyperia lacervis. 375
 Illa, ubi vel fessi tremere erroribus artus,
 Vel rueret summo jam frigidus æthere vesper,
 Heu quotiens saxo posuit latus? aut ubi longa
 Aegra sui; quos ore lacus, quæ pabula carpsit?

- 380 Verbere candentes quotiens exhorruit armos?
 Quin & ab excelso meditantem vertice saltus,
 Audentemq; moris valles citus egit in imas
 Argus: & arbitrio durus servavit herili.
 Cum subito Arcadio sonuit caua fistula ritus;
- 385 Imperiumq; patris celerans Cyllenius ales
 Advenit; & leni modulatur carmen auena.
 Quog; ait: hinc diversus abis? heu respice cantus.
 Haud procul insectans Argum, languentia somno
 Lumina cuncta notat, dulcesq; sequentia somnos;
- 390 Et celerem medijs in cantibus excigit harpen.
 Iamq; refecta Iovi, paulatim in imagine prisca
 Ibat, agris Io victrix Innonis; & eose
 Cum facibus spirisq; & tartareo ululatu,
 Tesiphonen videt: ac primo vestigia visu
- 395 Fugit; & in miseræ rursus bovis ora recurrit &
 Nec qua velle memor, quo sese vertice sistat.
 Inachias errore etiam defertur ad undas;
 Qualis, & à prima quantum mutata juventa?
 Nec pater, aut trepide tentat accedere Nympha.
- 400 Ergo iterum silvas, iterum petit inuia retro,
 Cen Stryga, dilectum fugiens caput, inde per urbes
 Raptatur Graias, atque ardua flumina ripis:
 Oblato donec paullum cunctata profundo
 Incidit: absistunt fluctus; & gnara futuri
- 405 Dant pauide alta viam: celsis procul ipsa resulget
 Cornibus, ac summa palearia sustinet unda.
 Ast Erebi virgo direm volat ethere Memphim
 Precipere, & Pharia venientem pellerè terra.

Contra Nilus adest; & toto gurgite torrens
 Tesiphonen agit: atque imis illidit harenis, 410
 Ditis opem, ac seui clamantem numina regni.
 Apparent sparsaq; faces, disiectaque longè
 Verbera, & abruptis excussi criminibus hydri.
 Nec Iouis interea cessat manus. intonat alto
 Insurgens cœlo genitor, curamque fateitur: 415
 Atque ipsa imperium Iuno pauet. hæc procul Io
 Spectat ab arce Phari, jam diuis addita, jamque
 Aspide cincta comas, & onanti persona sistro.
 Bosphoron hinc veteres errantis nomine diuæ
 Vulgauere. iuuet nostros nunc ipsa labores, 420
 Insuissisque ratem sua per freta prouehat Euris.
 Dixerat. & placidi tendebant carbasæ venti.
 Postera non cassæ Minyis aurora retexit
 Noctis iter: noua cuncta vident; Thymæaq; iuxta
 Litora, fatidici pœnis horrentia Phinei. 425
 Dura deum, summoque lues urgebat in ævo.
 Quippe neq; extorrem tantum, nec lucis egentem,
 Insuper Harpyiæ Typhoides, ira Tonantis,
 Depopulant; ipsosq; dapes prædantur ab ore.
 Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas 430
 Perpetitur. spēs una senis; quod pellere sanam,
 Quondam fata luem dederant Aquilone creatis.
 Ergò ubi jam Minyas, certaque accedere Phineus
 Sentit opem; primas baculo defertur ad undas:
 Vestigatq; ratem, atque oculos attollit inanes. 435
 Tunc tenuem spirans animã; Saluè ò mihi longũ
 Expectata manus, nostrisq; ait, agnita votis.

Novi

- Novimus & divis geniti quibus; & via iustos
 Quae ferat: ac vestri rebar sic tempora cursus,
 440 Proxima quaeq; legēs: quantum Vulcania Lemnes
 Traxerit; infelix tulerit quae Cyzicus arma.
 Senti & Bebricio supremam in litore pugnam
 Iam propior; iamq; hoc animā solamine mulcent.
 Nō ego nūc magno quod cretus Agenore Phynens,
 445 Aut memorem mea quod vates insedit Apollo
 Pectoras; praesentis potius miserescite fati.
 Nec mihi diuersis erratum casibus orbem;
 Amissas aut flere domos, aut dulcia tempus
 Lumina: consuetis rerum est ex ordine fati
 450 Ingemere. Harpyiae semper mea pabula servant;
 Fallere quas numquam misero locus: illicet omnes
 Deveniunt; niger intorto ceu turbine nimbus.
 Iamq; alis procul, & sonitu mihi notā Celeno;
 Diripiunt, verruntq; dapes, foedataq; turbant
 455 Pocula. seuit odor; surgitq; miserrima pugna,
 Parq; mihi, mōstrisq; famis. Spreuere quod omnes
 Pollueruntque manu, quodque unguibus excidit
 atris;
 Has mihi fert in luce moras: nec rumpere fata
 Morte licet: trahitur victu crudelis egestas.
 460 Sed vos observate precor praedicta deorum;
 Si non falsi mihi; vos finem imponite poenis.
 Nempe assunt qui mōstra fugent Aquilonia proles;
 Non externa mihi: nam rex ego divitis Hebris,
 Iunctaq; vestra meo quondam Cleopatra cubili.
 465 Nomen ad Altea Calais, Zetesq; sororis

Profiliunt. Zetesq; prior; quem cernimus, inquit,
 Tune ille Othrysiæ Phineus rex inclitus oræ?
 Tu Phœbi comes, & nostro dilectæ parenti?
 O ubi nunc regni, generisq; ubi gloria? quàm te
 Exêdit labor, & miseris festina senectus. 470
 Quin age, mitte preces; namque est tibi nostra
 voluntas;

Si non ira deùm, vel si placabilis urget.
 Sustulit hîc geminas Phineus ad sidera palmas:
 Teque, ait, iniusti, quæ me premis, ira Tonantis
 Ante, precor nostra tandem jam parce senectæ: 475
 Sic modus, & fore credo equidem: nam vestra vo-
 luntas

Quod juvenes sine pace deùm. nec credite culpam
 Sevitæ, scelerumve mihi nunc crimina pendis;
 Fata loquax, mentemq; Iovis, quæq; abdita solus
 Consilia, & terris subito ventura parabat; 480
 Prodideram, miserans hominum genus: hinc mihi
 tanta

Pestis, & effuse media inter dicta tenebra.
 Iam tandem cessere iræ: nec casus ab alto,
 Ipse volens nostris sed vos deus appulit oris.
 Sic ait, & facis ita iam cedentibus, omnes 485
 Impulit: & dura commovit imagine pœnæ.
 Instituere thoros, medijsq; taperibus ipsum
 Accipiunt: circumq; iacent, simul æquora servant
 Astra simul: vesciq; iubent, ac mittere curas.
 Cum subitus misero tremor, & pallentia primæ 490
 Ora senis fugere manus; nec prodita pestis

Q

Ante,

- Antè, sed in medijs dapibus vidère volucres.
 Fragrat acerbus odor; patrijque expirat averna
 Halitus: unum omnes incessere planclibus, unum
 495 Infestare manus: inhiat Cocytia nubes
 Luxurians, ipsaq; ferens fastigia visu.
 Tum sola colluvie, atq; illulis stramina mensis
 Fœda rigant: stridunt ales; prædaque retenta
 Seviriurimq; fames: nec solum horrenda Celeno
 500 Phinea, sed miseræ etiã prohibere sorores.
 Emicat hinc subito, seseq; Aquilonia proles
 Cum clamore leuat. genitor simul impulit alas.
 Hoste novo turbata lues; lapsæque rapine
 Faucibus: & primum pavide Phineia recta
 505 Pervolitant; mox alta petunt: stant litore fixi
 Hemonide, atq; oculis palatia môstra sequuntur
 Sic ubi prorupit tenuit cum fortè Vesui
 Hesperie letalis apex; vix dum ignea montana
 Torsit hiems; jamq; Aeoas cinis induit urbes.
 510 Turbine sic rapido populos, atq; æquora longè
 Trans abeunt; nullaq; datur considerare terra.
 Jamq; & ad Ionij metas, atque intima tendunt
 Saxa; vocat magni Strophadas nunc incola portus.
 Hic fesse, letiq; metu propioris anhele,
 515 Dum trepidant; humilq; graves timidoq; volantes
 Implorant clamore patrem Typhona nefando:
 Extulit assurgens noctem pater; imaq; summis
 Miscuit, & medijs vox exaudita tenebris:
 Jam satis huc pepulisse deas. cur tenditis ultra
 520 In famulas seuire Iovis, quas, fulmina quanquam

Aegidag, ille gerat, magnas sibi legit in iras?
 Nunc quoq, Agenoreis idem decedere tectis
 Imperat: agnoscunt monitus, iussq, recedunt.
 Mox tamen & vobis similis fuga comprimet

Argos

Letifera: Harpyia numquã nova pabula querent 525
 Donec erunt divum merita mortalibus ira.

Hesit uterq, polo, dubijsq, elanguit alis:
 Mox abit, & socia victor petit agmina puppis.

Interea Minye pulsa lue, prima Tonanti
 Sacra novant: tum vina thoris, epulasq, reponunt. 530

Ipse inter medios, ceu dulcis imagine somni
 Latens, adoblite Cereris suspirat honores:

Agnoscit Bacchi latices, agnoscit & undam:
 Et nova non pavida miratur gaudia mensæ.

Hunc ubi reclinem stratis, & pace fruientem 535
 Aspicit, ac longa ducentem oblivia pcenæ:

Talibus appellat, supplexq, ita fatur Iason:
 Vota senex perfecta tibi: nunc me quoque curis
 Eripe, & ad nostros animum conuerte labores.

Omnis adhuc fors leta quidem: nec numine vano 540
 (Si qua fides curæ superum) tantum æquor adorti

Tendimus: ipsa mihi puppem Iovis optima proles
 Instituit; sociosq, dedit Saturnia reges.

Fidere mens sed cœca nequit. quantumque pro-
 pinquat

Phasis, & ille operum summus labor; hoc magis 545
 angunt

Proxima: nec vates sat jã mihi Mopsus & Idmon.

Q

Illa

- Ille, ducem nec ferre preces, nec dicere passus
 Amplius, hic demum vittas, laurumq; capeisti,
 Numina nota ciens, stupet Aesonis inclita proles
 550 Phinea, ceu numquam poenis, nullaq; gravatum
 Peste Iovis, tam largus honos, tam mira senectae
 Majestas infusa, vigor novus auxerat artus,
 Tum canit: O terras fama venturo per omnes;
 Quem sociis ducibusq; deis, atq; arte benigna
 555 Pallados; ipse ultro Pelias ad sidera tollit
 Demens, dum profugi non sperat veller a Phryx:
 Fata locosq; tibi (possum quas reddere graes,
 Expediam: rerumq; vias, sinemque docebo.
 Ipse etiam, qui me prohibet sua pandere terris
 560 Secula, te propter fandi mihi Iupiter auctor.
 Hinc iter ad ponti caput, errantesque per altum
 Cyaneas: furor his medio concurrere ponto:
 Nec dum ulla videre rates: sua comminus acta
 Saxa premunt, cautesq; suas: cum vincula mundi
 565 Ima labant; tremere ecce solū, tremere ipsa repetit
 Tecta vides sille redeunt, illa equore certant.
 Di tibi progresso propius, Di forsitan ipsi
 Auxilium, mentemq; dabunt, ast ipse iurare
 Ausa quibus monitis possim tua? quippe per altum
 570 Tenditis, unde procul venti, procul unde volucres,
 Et pater ipse maris pauidas detorquet habenas.
 Si qua brevis scopulis fuerit mora, si semel orsis
 Vlla quies; fuga tunc medio properanda recursum.
 Vix repetunt primae celeres confinia terra,
 585 Iamq; alio clamore ruunt; omnisq; tenetur

Pontus, & infestis anceps cum montibus errat.
 Verum animo redit illa meo fors cognita divum.
 (Fabor enim, nec spe dubios solabor inani)
 Cum mihi Tartareas sevo clangore volucres
 Protulit ira Jovis; vox hac simul excijt aures: 580
 Ne vanas impende preces, finemque malorum.
 Expete Agenoride; pontum penetraverit vlla
 Cum ratis, & rapidi steterint in gurgite montes;
 Tunc sperare modum pœna, veniamq; licebit.
 Sic Deus. aut vobis ergo fera saxa patefcunt; 585
 Aut mea jam seve redeunt ad pabula dira.
 Verum inter medias dabitur sic currere cautes,
 Certè digna manus, vacuumq; exhibis in equor;
 Proxima regna Lyci: remeat qui victor ab oris
 Bebricijs: toto non vllus litore ponti 590
 Mitior. hic lecto comitum de robore, si quem
 Perculerit vicina lues; ne defice, casus
 Prædicti memor: atq; animos accinge futuris.
 Illic pestiferas, subter iuga concava, torquet
 Ater aquas Acheron; vastosq; exundat hiatu 595
 Fumeus; & seva sequitur caligine campus:
 Linque gravem fluvium, & miseris sua fata co-
 lonis.

Sic quoque non vno dabitur transcurrere luctu.
 Quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin,
 Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat 600

Ancon?

Proxima Thermoodon hinc jã secat arva memëto.
 Inclita Amazonidum, magnosq; exorta Gradiuo

Q 3

Gens

- Gens ibi: femineas nec tu nunc crede cateruas
 Sed qualis & quanta viris insultat Eryx,
 605 Diuaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.
 Ne tibi nunc horrenda rapax ad litora puppem
 Ventus agat; ludo volitans cum turma superbo
 Pulueris exultat equis; ululataque tellus
 Intremis, & pugnas mota pater incitat hasta.
 610 Non ita sit metuenda tibi, seuissima quanquam
 Gens Chalybum; duris patiens cui cultus in armis
 Et tonat afflictata semper domus ignea massa.
 Inde omnem innumeris reges per litoris oras
 Hospitij quis nulla fides: sed limite recto
 615 Puppis, & aequali transcurrat carbasus aura:
 Sic demum rapidi venies ad Phasidis amnem.
 Castra ibi jam Scythia; fraternaque surgit Erynnis
 Ipse truces illic Colchos, hostemque iuuabis
 Auxiliis, nec plura e quidem discrimina cerno.
 620 Fors etiam optatam dabitur contingere pellem.
 Sed te non animis, nec solis viribus equum
 Credere; saepe acri porior prudentia dextra.
 Quam tulerit deus, arripe opem, jamque ultima
 nobis.
 Promerere fata nefas; fileo, & precor, atq; ita factio
 625 Fines dedit tacitis iterum responsa tenebris.
 Tum subita refides socios formidine Iason
 Precipitat, rumpitq; moras, tempusque timendi.
 Ipse viros gradiens ad primi litoris undam
 Prosequitur Phineus: Quenam tibi premia, dixit,
 630 Quas, decus o Borea, possem persolvere grates?

Me Pangaea super rursus iuga, meque paterna
 Stare Tyro, dulcesque iterum mihi surgere Soles
 Nunc reor: exacte nam verè abiere volucres:
 Nec metuam, tutaeque dapes, date tangere vultus,
 Desinite amplexus, propiusq; accedite dextra. 635
 Dixerat, abscedunt terris, & litora condunt.
 Omnibus extemplo seua sub imagine rupes
 Cyaneae: propiorque labor; quãdo affore, quaque
 Parte putent: stant ora metu, nec fessa recedunt
 Lumina, diuersas circum seruantibus undas. 640
 Cum procul auditur sonitus, insanaque saxa;
 Saxa neque illa viris, sed precipitata profunda
 Siderei pars visa poli, dumque ocius instans
 Ferre fugam; maria ante ratè, maria ipsa repèrè
 Diffugere, aduersosque vident descendere montes. 645
 Omnibus & gelida rapti formidine remi.
 Ipse per axma volans, & per iuga summa carina
 Hortatur, supplexque manus intendit Iason,
 Nomine quemq; premès: Vbi nunc promissa superba
 Ingantesque mina, mecum quibus ista securi? 650
 Idem Amyci certè viso timor omnibus antro;
 Perculerat: sterimus tamen, & deus affuit ausis.
 Quin iterũ idem aderit, credo deus, hæc ubi fatuus;
 Corripit abjecti remumque, locumque Phaleri;
 Et trahit insequitur flammata pudore iuventus. 655
 Vnda laborantes praeceps rotat; ac fuga ponti
 Obuia: miscentur rupes: iamque equore toto
 Cyaneae iuga, precipites illisa remittunt.
 Bis fragor infestas cautes, aduersaque saxis

- 660 Saxa dedit: flamma expresso bis fulsit in imbri.
Sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror
Effugit, & tenebras, nimbosq; intermicat ignis,
Terrificique ruunt tonitrus, elisaque noctem
Lux dirimit; paupor ora virum, paupor occupat au-
res.
- 665 Hauc secus impleuit ponti fragor: effluit imber
Spumeus, & magno puppem procul aequore vestit;
Aduertere dei, defixaque numina ponto,
Quid scopulis praclusa raris, quid dura iuuentus
Expediat, pendet magnis favor ortus ab ausis.
- 670 Prima coruscanti signum dedit Aegide virgo
Fulmineam jaculata facem. vix dum ardua cauetur
Cesserat: illa volans tenui per concita saxa
Luce fugit: rediere viris animique manusque.
Vt videre viam: sequor o quicumque deorum.
- 675 Aesonides, vel fallax, ait: praepsque fragores
Per medios ruit, & fumo se condidit atro.
Coepit abcedens abductis montibus unda
Ferre ratem, pelagoque dies occurrere apertos;
Sed neque permisissis iam fundere rector habenis
- 680 Vela, nec eniri remis potes: cum super assunt
Cyaneae; premit umbra ratem, scopuliq; feruntur
Comminus. hic Iuno, praepsq; ex aethere Pallas,
Insiliunt pariter: scopulos hinc nata coerces,
Hinc conjunx Iouis, ut valido qui robore tauros,
- 685 Sub iuga; & inuito detorquet in ilia cornu.
Inde velut mixtis Vulcanius ardor harenis
Versat aquas: sic ima fremunt, fluctuque coacta.

Angitur, & clausum scopulo super effluit equor.
 Contra omnes validis tenui discrimine remis
 Pergere iter; mediosq; ratē transferre per iclus: 690
 Saxa sed extremis tamen increpuere corymbis:
 Parsq; (nefas) deprensa iugis. jam cetera cœlo
 Debita, conclamant Minye: latera utraq; quippe
 Disiluisse putant. fugit ipse novissimus iclus
 Tiphys, & è medijs sequitur freta rapta ruinis: 695
 Nec prius obsessum scopulis respexit ad equor;
 Aut socijs tentata quietes: nigrantia quam jam
 Litora, longiniquæ exirent flumina Rhebi.
 Tunc fessas posuere manus; tunc arida anhelæ
 Pectora: discussa quales formidine averni 700
 Alcides, Thesensque comes, pallentia iungunt
 Oscula, vix primis amplexi luminis oris.
 Nec verò ipse metus, curasq; resolvere ductor:
 Sed maria aspectans; Heu quis datus iste deorum
 Sorte labor nobis? serum ut veniamus ad amnem 705
 Phasidis, & mites, inquit, dent velleræ Colchis;
 Unde per hos iterum montes fugat talia fundit,
 Imperio fixos Iovis, æternumq; revinctos,
 Nescius, & fati. certa nam lege manebant.
 Si qua per hos undis umquam ratis esset apertis. 710
 Tum freta que longis fuerant impervia sæclis,
 Ad subitam stupore ratem: pontique jacentis
 Omne solvunt, regesque patent, gentesque repostæ.
 Non alibi effusas cesserunt longius undis
 Litora; nec tantas, quamvis Tyrrhenus & Egon 715
 Volvat aquas; geminis & desinit Syrtibus undæ.

Nam super huc vastos tellus quoque congerit amnes.
 Non septem gemini memorem quas exitus Histri,
 Quas Tanais, flavusque Lyces, Hypanisque, Me-
 lasque

- 720 Addat opes: quantosque sinus Maestia laxent
 Aequora. flumine sic agmine frangit amari
 Vim salis, hinc Borea cedens glacialibus auris
 Pontus, & exorta facilis concrefcere bruma,
 Vique vel immotos urfa rigor invenit amnes,
 725 Vel freta versa vadis: hiemem sic unda per omnem
 Aut campo jacet, aut tumido rigat ardua fluctus:
 Atque hac Europam curvis an fractibus auget,
 Hac Asiam; Schythicum specie sinuatus in arcum.
 Illic umbrose semper stant aequore nubes,
 730 Et non certa dies: primo nec Sole profundum
 Solvitur, aut vernis cum lux equata tenebris.
 Sed redit extremo tandem in sua litora tauro.
 Iam Mariandynis advertit puppis harenis:
 Atque celer terras, regemque exquirat Echion.
 735 Dicta ferens: lectos fama est si nominis umquam
 Hemonie subisse viros; det litora fessis.
 Approperat Lycus auditis letatus Achivis:
 Ac simul Bsoniden, omnemque in regia turbam
 Tecta trahit, modo Bebrycijs praefixa tropais:
 740 Minus & in medijs effatur talia Graeis:
 Haud temere est; fato divum reor ad mea vectos
 Litora vos: odium quibus atque eadem ira furentis
 Bebrycias; seu aequales de gente triumphis.
 Certa fides animis, idem quibus incidit hostis.

Nos quoq; nos Amycum tanto procul orbe remoti 745

Sensimus, & sevis frater mihi fusus harenis.

Vltor ego, atque illic cunctis accensus in armis

Tunc aderam: cum vos medijs contenta ferebant

Vela fretis, illum in sanie, taboque recenti

Vidimus, equoreo similem per litora monstro. 750

Nec verò praecepta mihi suprema tyranni

Fata queror: bellove magis letarer & armis

Procubuisse meis? quàm lege quod occidit ultus

Ipse sua: meritoq; madent quod sanguine castus.

Excipit Aesonides: Tuus ergo in montibus ignis 755

Ille? tuas acies medio de gurgite vidi?

Fatur, & ostentans prolem Jovis, Hic tibi Pollux

En, ait: in viso solvit cui pectore pœnus.

Ille virum circa, mirantia lumina voluit.

Festa dehinc medijs ineunt convivium tectis, 760

Communesq; vocant superos; quorum eruta nutu

Bebrycia, & votis pariter pradaq; fruuntur.

